Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26365
Copyright: Admont, Benediktinerstift

aut libri scribunt. Hanc arborem
aptam mulierum necessitatibus
plurimis. Temperare enim dicitur calo-
res nimios corporis vel frigora
importuna. Hec alio nomine emma-
cia dicitur. Plat. De cortice eius cum
vino contra opilacionem splenis
et epatis valet; pulvis eciam ma-
buum decoctus valet ad idem. Frequens
autem ex huius ligni vase vel cali-
ce bibitus valet ad idem. Unde lagunccu-
le ex huius arboris ligno fiunt in
quibus vinum de nocte ponitur
quod de die sumat paciens huius-
modi dolores. Galienus dicit: Vidi
capram assidue pascentem
tamariscum que inter secta sple-
ne carebat. Cortex maior-
is est efficacie quam folia. Est
autem pura frutex pocius quam
arbor. Et in humidis locis nas-
cens cuius flos odoris iocun-
dissimi est et ponitur in po-
tibus qui fiunt ex aqua frumenti
et hordeo. De Mespilo.

Mespilus cuius fructus
mespila calidi sunt
et sicci in primo gradu
stomachum confortant vomi-
tum auferunt. Et cuius lingno fi-
unt optimi baculi pugillum.

Nux ut dicit Ysidorus. De Nuce.
a nocendo eo quod umbra
eius vel stillicidium foliorum
eius proxima nocet arboribus. Hanc
latini iuglandem vel iugulandem
vocant cuius fructus tantam vim
habet ut nux comesta inter suspec-
tas herbas vel fungorum cibos quic-
quid inest virulentum excludat
et extinguat. Nux nociva est pectori.
provocat vomitum, vocem tollit et ra-
ucam facit. De Avellana.

Avellane minus calide
sunt et solubiliores aliis
nucibus ventositate carent
corporis et corpus nutriunt. Tardiores
autem digestionis sunt sicut cum cortice exteri-
ori comedantur quod utique frigidus et siccus.

Olea ut dicit De Olea.
Ysidorus arbor est cuius fru-
ctus oliva dicitur unde oleum
dicitur. Est arbor pacis insigne. Oleum
eius viride suave et pingue lumen
prebens oculis amicum infirmis.
Prima eius gutta dulcissima. Secunda
minus. Tercia amara satis et in-
sipida gustu. Cuius flos mirabilis
et valde nocivus pregnantibus. Aug.
ad monachos. Oleum nostris corporibus
commodum est. Album autem quod sex pedes
habent vehementer ad usum. Cum oliva
plantetur et legitur iubent greci
amatoribus pueris et virginibus operandum.
Oliva non sustinet accessus bestiarum
non potest crescere olea societate arborum
vel virborum radices si minus prefixe
figuntur in terra et magis crescit per aquam
pluvialem quam per aquam foncium
vel fluminum. Oleum coctum cum calidis
calida medicina est. Cum frigidis
est medicina frigida. Oleum mortifi-
cacionem sanat sedat et vulnera. Res
cocta cum oleo amittit sibi propriam
humiditatem. Oleum album bene mixtatum
minus mortificat quam aliqua me-
dicinarum et quod mirum est in oculo mis-
sum primum facit cecum. Oleum mordi-
ficationem sanat alquilla proveniente
et urtica. Oleum calefaciens corpus